Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



190

IV

Postea sequitur maths. & commemorat eum in illa hora dixisse turbis tamquam ad latronem existis cum gladius & fustibus cum prehendere me. Cotidie apud uos sedebam docens in templo & non me tenuistis. Tunc addidit & iam uerba quae lucas ponit. sed haec est hora uestra & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est sicut matths dicit. ut impleretur scriptura pphaarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt sicut & marcus dicit. Sequebatur autem illum unus adulescens amictus sindone sicut idem marcus commemorat. & cum tenuissent eum reiecta sindone nudus profugit abeis.

VI

Illi tenentes ihm duxerunt ad caifan principem sacerdotum ubi scribae & seniores conuenerunt. sed matheus dicit. sed primo ad annam ductus est socrum caifae sicut iohannes dicit. marcus autem & lucas nomen non dicunt pontificis. Ductus est autem ligatus cum adessent in illa turba tribunus & cohors & ministri iudaeorum sicut iohannes commemorat. Petrus autem sequebatur eum alonge usque in atrium principis sacerdotum. & ingressus intro sedebat cum ministris ut uideret finem sicut dicit matheus. & calefaciebat se ad ignem. Sicut in eo loco narrat oms dicit marcus. Hoc & lucas commemorat quod petrus sequebatur alonge. Accenso autem ignem in medio atrio circum sedentib. illis erat petrus in medio eorum. & ioh dicit quod sequebatur simon petrus. & alius discipulus. Discipulus autem ille alius erat notus pontifici. & introiit cum ihu in atrio pontificis sicut iohannes dicit. Petrus autem stabat ad ostium foris. secdm eundem iohannem exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici. & dixit ostiariae. & introduxit petrum sicut idem iohannes dicit. sic enim factum est. ut intus esset & petrus in atrio sicut alii dicunt.

VII

Principes autem sacerdotum & omne concilium sicut maths dicit. Quaerebant falsum testimonium contra ihm ut eum morti traderent & non inuenerunt. Cum multa falsa testes accessissent